4. Vir \_\_\_\_\_ servī ad vīllam vehunt est Iūlius.
5. Dominus servum, \_\_\_\_\_ improbus est, baculō verberat.
6. Servus malus baculum \_\_\_\_\_ dominus sūmit timet.
7. Fēmina \_\_\_\_\_ Iūlius in viā videt est ancilla Cornēliī.
8. Lectīca \_\_\_\_\_ servī portant pulchra est.

## Esercizio 3

*Sottolinea, in queste frasi, i complementi di luogo, e specificane il tipo.*

*Esempi: Villa Iūliī prope Tūsculum est: complemento di stato in luogo;*

*Iūlia cum rosīs ex hortō venit: compl. di moto da luogo; ecc.*

*Infine traduci le frasi.*

1. Iūlius cum servīs ab oppidō Tūsculō venit. \_\_\_\_\_

2. Servī dominum suum ad vīllam vehunt. \_\_\_\_\_

3. Aemilia in hortō est.

4. Multī virī ex oppidō veniunt.

5. Circum Rōmam magnus mūrus est.

6. Genua prope Rōmam nōn est.

7. Arīminum quoque procul ā Rōmā est.

8. Mēdus per ōstium intrat.

9. In lectīcīs dominī sunt, nōn servī.

### ■ Lēctiō secunda: 46-95

#### Esercizio 4

*Sottolinea una volta le forme verbali attive e due volte quelle passive.*

1. Servī dominam, quae in hortō ambulat, salūtant et ab eā salūtantur.
2. Iūlia rosās carpit. Rosae ā puerīs in aquā pōnuntur.
3. Iūlius lectīcā ab oppidō ad vīllam portātur: dominus in viā nōn ambulat. Servī autem ambulant in viā: ab iīs Iūlius vehitur.
4. Fēminae pulchrīs verbīs dēlectantur.
5. Servī malī dominum timent. Ā Mēdō dominus timētur.
6. Cornēlius, quī equō Tūsculum vehitur, Rōmā venit.

#### Esercizio 5

*Completa queste frasi, inserendovi le terminazioni verbali appropriate, attive o passive secondo i casi.*

1. Dominī in viā nōn ambul\_\_\_\_, sed ā servīs veh\_\_\_\_.
2. Pater et māter liberōs suōs am\_\_\_\_ et ab iīs am\_\_\_\_.
3. Dāvus ā Mēdō accūs\_\_\_\_, neque is Mēdum accūs\_\_\_\_.
4. Puerī Iūlium, quī dorm\_\_\_\_, voc\_\_\_\_, neque ab eō aud\_\_\_\_.
5. Aemilia rosās in aquā pōn\_\_\_\_, nam iīs dēlect\_\_\_\_.
6. Iūlius nōn equō, sed lectīcā veh\_\_\_\_: servī eum port\_\_\_\_.
7. Iūlius nummōs rūrsus numer\_\_\_\_ et in sacculō pōn\_\_\_\_.

#### Esercizio 6

*Sottolinea gli ablativi; poi traduci le frasi.*

1. Iūlius servōs ancillās-que vocat, neque ab iīs auditur.
2. Longā viā servī fessī sunt.

3. Fēminae pulchrīs rosīs liliīs-que dēlectantur.

4. Lŷdia verbīs Mēdī dēlectātur, nam ab eō amātur.

5. Servōs malōs dominus baculō verberat; itaque baculum ab iīs timētur.

6. Dominus lecticā vehitur.

### Esercizio 7

*Completa queste frasi, inserendovi le terminazioni mancanti; poi traducile.*

1. Mēdus Tūscul\_\_\_ Rōmam it.

2. Cornēlius in equ\_\_\_ est. Is equ\_\_\_ vehitur.

3. Lŷdia, amīca Mēdī, Rōm\_\_\_ habitat.

4. Cornēlius nōn Tūscul\_\_\_, sed Rōm\_\_\_ venit.

5. Lectica cum dominō ā serv\_\_\_ vehitur.

6. Rōmānī vi\_\_\_ Appi\_\_\_ Capuam eunt.

7. Fēminae ros\_\_\_ lili\_\_\_-que dēlectantur.

8. Mēdus laetus cantat: "Nōn via longa est Rōm\_\_\_, ubi amīc\_\_\_ habitat me\_\_\_ pulchr\_\_\_!"

### ■ Lēctiō grammatica: 96-139

### Esercizio 8

*Trasforma queste frasi da attive in passive, o il contrario.*

*Esempi: Ancilla dominam salūtāt. > Domina ab ancillā salūtātur.*

*Servī ā dominō vocantur. > Dominus servōs vocat.*

a. Servī dominum lecticā vehunt.

Iūlia puerōs nōn audit.

Dominus servōs malōs nōn timet.

b. Iūlius ā liberīs salūtātur.

Dāvus, servus probus, ā Mēdō accūsātur.

Rosae ā puerīs in aquā pōnuntur.

c. Domina ancillās vocat.

Servī probī dominum nōn timent.

Pecūnia Iūliī ā Mēdō sūmitur.

Dominus ā servīs vehitur.

Servī magnōs saccōs umerīs portant.

*Esempio:* Iūlia, quam Mārcus pulsāt, plōrat. > Iūlia, quae ā Mārcō pulsātur, plōrat.

d. Iūlius, quī ab Aemiliā amātur, laetus est.

Saccī quōs Syrus et Lēander portant magnī sunt.

Baculum quod Iūlius sūmit in mēnsā est.

Servus quem Cornēlius in viā videt est Mēdus.

Servus probus, quī ā servō malō accūsātur, nōn respondet.

## PVELLA ET ROSA

## ■ Lēctiō prīma: 1-29

**Esercizio 1**

*Sottolinea una volta i complementi di stato in luogo (quelli cioè che rispondono alla domanda ubi?) e due volte i complementi di moto a luogo (domanda: quō?).*

1. Iūlia in cubiculō est; Syra in cubiculum eius intrat.
2. Puella sē in speculō videt; in oculis eius sunt lacrimae.
3. Iūlius in viā est cum servīs suīs. Quid inest in saccīs eōrum?
4. Servī saccōs in villam portant.
5. Aemilia in hortō est; iam filiī eius in hortum veniunt.

**Esercizio 2**

*Cambia il numero di queste voci verbali (da singolare a plurale o il contrario).*

|         |       |         |       |              |       |
|---------|-------|---------|-------|--------------|-------|
| claudit | _____ | tenē    | _____ | vertit       | _____ |
| es      | _____ | vehe    | _____ | claude       | _____ |
| tergē   | _____ | aperit  | _____ | exspectantur | _____ |
| eunt    | _____ | lacrimā | _____ | aperīte      | _____ |

## ■ Lēctiō secunda: 30-60

**Esercizio 3**

*Scrivi sotto le parole sottolineate le persone a cui si riferiscono.*

*Esempi: Aemilia Syram videt eam-que vocat.*

*Sira*

1. Aemilia virum suum exspectat.
2. Iūlius sē ad Aemiliam vertit eī-que rosam dat.
3. Mārcus per ōstium in villam intrat. Post eum veniunt duo servī. Dāvus post eōs ōstium claudit. Mārcus ad eōs it iīs-que mālā dat.
4. Iūlia sē in speculō videt et lacrimat. Iūlia: “Nāsus meus pulcher nōn est!”
5. Syra, quae intrat, eam videt et lacrimās eius terget. Syra nāsum suum, quī foedus est, nōn videt. Iam speculum sūmit et sē videt. Laeta nōn est.



#### Esercizio 4

*Sottolinea una volta i dativi e due volte gli ablativi.*

1. Lēandrō quoque mālum dā, pater!
2. Iūlius puerīs pulchra pira dat.
3. Servī duōs saccōs umerīs portant.
4. In ātriō nūlla ancilla est.
5. Dominus servō probō ūnum nummum dat.
6. Iūlius neque ancillīs neque Iūliae pecūniam dat.
7. Dāvus ā Mēdō accūsātur.
8. Dānuvius multīs oppidīs aquam dat.
9. Servī cum dominō Tūsculō veniunt.
10. Tiberis Rōmae aquam dat.
11. Iūlius Dāvum ad sē vocat eī-que ūnum nummum dat.
12. Num Iūlius Mēdō pecūniam dat? Iūlius tantum servīs probīs pecūniam dat.
13. Iūlia Aemiliae quīque rosās dat. Quid Aemilia eī dat? Eī ōsculum dat.
14. Puella, cui Aemilia ōsculum dat, laeta est.
15. Ancillīs quoque pira mālā-que Iūlius dat.

#### Esercizio 5

*Completa queste frasi, inserendovi le terminazioni, o le parole, mancanti: come vedrai, si tratta sempre di forme di dativo.*

1. Dominus Dāv \_\_\_\_, serv \_\_\_\_ su \_\_\_\_, mālum dat.
2. Nōn solum liber \_\_\_\_, sed etiam ancill \_\_\_\_ et serv \_\_\_\_ suīs mālā et pira dominus dat.
3. Tiberis Rōm \_\_\_\_ aquam dat; Rhēnus et Dānuvius mult \_\_\_\_ oppid \_\_\_\_ aquam dant.
4. Aemilia Dēliam, ancillam suam, vocat et \_\_\_\_ rosās dat.
5. Dominī ancillās servōs-que vocant et \_\_\_\_ mālā dant.

#### Esercizio 6

*Completa queste frasi colle terminazioni, o le parole, appropriate. Quand'è aggiunto tra parentesi un pronome, ne devi inserire la forma ch'è richiesta dal senso della frase.*

1. Mārcus est filius Iūli \_\_\_\_. Iūlius \_\_\_\_ (is) mālum dat.
2. Iūlia ad Iūli \_\_\_\_ currit. Iūlia: “ \_\_\_\_ (hic) rosa est tu \_\_\_\_, pater! Nōnne pulch \_\_\_\_ est?” Pater respondet: “Tam pulch \_\_\_\_ quam nāsus tuus!”
3. Servus in vill \_\_\_\_ intrat.
4. \_\_\_\_ (hic) baculum, \_\_\_\_ (quī) in mēnsā est, ā servīs mal \_\_\_\_ nōn amā \_\_\_\_, nam dominus serv \_\_\_\_ improb \_\_\_\_ bacul \_\_\_\_ verberat.
5. Iūlia \_\_\_\_ vertit. Syra lacrimās \_\_\_\_ (is) videt.

Completa, in ogni numero, la seconda parte, inserendovi le parole che mancano.

1. Iūlius ad villam advenit. Servī eius quoque \_\_\_\_\_.
2. “Tacē, serve improbe, et pārē!” “\_\_\_\_\_, servī improbī, et \_\_\_\_\_!”
3. “Quid inest in saccō, pater?” Pater: “In saccō \_\_\_\_\_ pira!”
4. Iūlia fenestram aperit. Servī quoque fenestrās \_\_\_\_\_.
5. Mārcus currit in hortum. Iam et Quīntus et Mārcus in hortum \_\_\_\_\_.
6. Ancilla sē vertit et exit. Ancillae \_\_\_\_\_.
7. Servus bonus, quem Iūlius nōn accūsāt, laetus exit.  
Servī bonī, \_\_\_\_\_.

■ Lēctiō grammatica: 105-121

Esercizio 8

Traduci queste frasi (a); poi (b) di' il caso, il numero e il genere delle parole sottolineate.

1. Aemilia, cui Iūlius ōsculum dat, laeta est.  
a. \_\_\_\_\_  
b. cui: \_\_\_\_\_; laeta: \_\_\_\_\_
2. Iūlius servīs improbīs pecūniam nōn dat, sed eōs baculō verberat.  
a. \_\_\_\_\_  
b. servīs: \_\_\_\_\_; baculō: \_\_\_\_\_
3. Cornēlius viā Appiā pulchrō equō vehitur.  
a. \_\_\_\_\_  
b. viā Appiā: \_\_\_\_\_; equō: \_\_\_\_\_
4. Lȳdia, quae Rōmae habitat, ab amīcō suō salūtātur.  
a. \_\_\_\_\_  
b. Rōmae (!): \_\_\_\_\_; amīcō: \_\_\_\_\_
5. Sacculus quem Iūlius habet plēnus est nummōrum.  
a. \_\_\_\_\_  
b. quem: \_\_\_\_\_; nummōrum: \_\_\_\_\_
6. Cornēlius equō Rōmā Tūsculum vehitur.  
a. \_\_\_\_\_  
b. Rōmā: \_\_\_\_\_; Tūsculum: \_\_\_\_\_
7. Ancillae cum Iūliā, puellā probā, in villam intrans.  
a. \_\_\_\_\_  
b. Iūliā: \_\_\_\_\_; puellā: \_\_\_\_\_
8. Syra laeta in cubiculum intrat, sed irāta exit.  
a. \_\_\_\_\_  
b. cubiculum: \_\_\_\_\_; irāta: \_\_\_\_\_

## TABERNA ROMANA

## ■ Lēctiō prīma: 1-35

**Esercizio 1**

*Completa queste frasi colle parole appropriate, prendendole dalla colonna di sinistra.*

.....

ānulus

collum

digitus

gemma

līnea

ōrnāmentum

pecūniōsus

taberna

tabernārius

1. Quī ōrnāmenta vēndit \_\_\_\_\_ est.

2. In \_\_\_\_\_ Albīnī sunt pulchra ōrnāmenta.

3. \_\_\_\_\_ cum margarītis \_\_\_\_\_ Lȳdiae ōrnat, sed amīca Mēdī  
nūllum ānulum habet.

4. Iam \_\_\_\_\_ Lȳdiae pulchrō ānulō ōrnātur.

5. Iūlius, quī \_\_\_\_\_ est, Aemiliae multa ōrnāmenta emit.

6. In hōc ānulō est \_\_\_\_\_ pulchra.

7. \_\_\_\_\_ cum gemmā est \_\_\_\_\_ pulchrum, quod digitum  
Lȳdiae ōrnat.**Esercizio 2**

*Rispondi a queste domande in latino, con una frase intera.*

1. Quī tabernārius est Albīnus? \_\_\_\_\_

2. Quod ōrnāmentum collum Lȳdiae ōrnat? \_\_\_\_\_

3. Quae ōrnāmenta Aemilia habet? \_\_\_\_\_

4. Quī virī ōrnāmenta emunt? \_\_\_\_\_

5. Quae fēminae multa ōrnāmenta accipiunt? \_\_\_\_\_

**Esercizio 3**

*Completa queste frasi colle voci verbali appropriate, prendendole dalla colonna di sinistra.*

.....

abit, abeunt

accipit, accipiunt

aspicit, aspiciunt

cōnsistit, cōnsistunt

emit, emunt

ōrnat, ōrnant

vēndit, vēdunt

1. Albīnus ōrnāmenta \_\_\_\_\_, aliī tabernāriī rosās līlia-que  
\_\_\_\_\_.2. Quī pecūniōsī sunt, ōrnāmenta multa \_\_\_\_\_; quī nūllam  
pecūniam habet, ōrnāmenta nōn \_\_\_\_\_.3. Multae fēminae ante tabernam Albīnī \_\_\_\_\_ et ōrnāmenta  
eius \_\_\_\_\_; Lȳdia quoque hīc \_\_\_\_\_ et ōrnāmenta Albīnī  
\_\_\_\_\_.4. Quī nūllam aut parvam pecūniam habent nōn intrant, sed rūr-  
sus \_\_\_\_\_. Lȳdia cum ānulō ā tabernā \_\_\_\_\_.5. Aemilia ā virō suō līneam margarītārum \_\_\_\_\_. Līnea col-  
lum eius \_\_\_\_\_. Multae fēminae ā virīs suīs ōrnāmenta  
\_\_\_\_\_. Ōrnāmenta colla eārum \_\_\_\_\_.

### Esercizio 4

*Completa queste frasi, inserendovi la particella interrogativa appropriata: num o nōne, secondo il senso.*

1. Iūlius: “Ubi est Iūlia, filia mea? \_\_\_\_\_ in villā est?”
2. Iūlia: “\_\_\_\_\_ nāsus tuus foedus est, Syra?”
3. \_\_\_\_\_ Britannia fluvius est? \_\_\_\_\_ est insula?
4. \_\_\_\_\_ Iūlius Aemiliam liberōs-que amat?
5. Lȳdia: “\_\_\_\_\_ pulcher est ānulus meus?”

### Esercizio 5

*Completa queste frasi, inserendovi le terminazioni verbali mancanti.*

1. Albīnus clām\_\_\_\_: “Aspic\_\_\_\_ haec ōrnāmenta, fēminae!”
2. Fēminae quae in viā ambul\_\_\_\_ cōnsist\_\_\_\_ et ōrnāmenta eius aspic\_\_\_\_. Paucae intr\_\_\_\_ et ōrnāmenta em\_\_\_\_.
3. Lȳdia cum Mēdō ad tabernam adit. Lȳdia Mēdus-que in tabernam intr\_\_\_\_.
4. Mēdus: “Ostend\_\_\_\_ ānulum, Albīne.”
5. Albīnus multōs ānulōs gemmātōs sūm\_\_\_\_.
6. Albīnus Mēdō et Lȳdiae ānulōs suōs ostend\_\_\_\_. Albīnus: “Nōne probī sunt ānulī mei?”
7. Mēdus: “Quot nummīs cōnst\_\_\_\_ hī ānulī? Conven\_\_\_\_-ne ad digitum amīcae meae?”
8. Lȳdia: “Em\_\_\_\_ hunc ānulum, Mēde!” Lȳdia iam oculōs lacrimārum plēnōs hab\_\_\_\_.
9. Mēdus sacculum suum sūm\_\_\_\_ et tabernāriō multōs sēstertiōs d\_\_\_\_.
10. Mēdus: “Accip\_\_\_\_ hunc ānulum ab amīcō tuō, quī tē am\_\_\_\_!”
11. Lȳdia laeta eī ōsculum d\_\_\_\_.
12. Lȳdia et Mēdus ex tabernā ex\_\_\_\_ et ad alium tabernārium, quī māla et pira vēnd\_\_\_\_, ad\_\_\_\_.

### Esercizio 6

*Metti le voci verbali delle colonne B in una forma corrispondente a quella delle voci verbali delle colonne A.*

*Esempio: A: pōnunt (indic., III pers. plur.); B: rīdent.*

|           |              |           |              |
|-----------|--------------|-----------|--------------|
| A. vidēte | B. accip____ | A. venī   | B. aspic____ |
| amant     | em____       | cantat    | terg____     |
| rīdē      | cōnsist____  | ambulant  | curr____     |
| audīte    | tim____      | veniunt   | tim____      |
| dormī     | d____        | aspiciunt | vēnd____     |
| aperiunt  | claud____    | tenent    | accip____    |

*Completa queste frasi, inserendovi le terminazioni mancanti.*

1. Ānulī gemmātī sunt ōrnāment\_\_\_ pulchr\_\_\_.
2. Fēminae ōrnāment\_\_\_ pulchr\_\_\_ dēlectantur.
3. Lȳdia, quae ā Mēd\_\_\_ amātur, ad tabern\_\_\_ Albīnī cum amīc\_\_\_ adit.
4. Mēdus amīc\_\_\_ su\_\_\_ ānulum gemmātum magn\_\_\_ preti\_\_\_ emit.
5. Mēdus et Lȳdia ā tabern\_\_\_ abeunt.
6. Fēminae ā vir\_\_\_ su\_\_\_ multa ōrnāmenta accipiunt.
7. Lȳdia, quae Rōm\_\_\_ habitat, amīc\_\_\_ su\_\_\_ vi\_\_\_ mōnstrat.
8. Cuius est haec taberna? Est Albīn\_\_\_, tabernāri\_\_\_ Rōmān\_\_\_.
9. Fēmina quae ōrnāmenta accipit laet\_\_\_ mult\_\_\_ ōscul\_\_\_ dat vir\_\_\_ su\_\_\_.

### Esercizio 8

*Completa queste frasi colle parole appropriate, prendendole dalla colonna di sinistra. Aggiungi anche le terminazioni mancanti delle forme di hic e di alius.*

|          |                                                                                            |
|----------|--------------------------------------------------------------------------------------------|
| clāmat   | 1. Albīnus _____: "Ōr-nā-men-ta! E-mi-te ōrnāmenta!"                                       |
| convenit | 2. Lȳdia: "Cōnsiste, Mēde! Aspice h___ tabernam, h___ ānulum!"                             |
| ostendit | 3. Lȳdia: "Ō, _____ pulchra sunt h___ ōrnāmenta, h___ margarī-tae et gemmae, h___ ānulī!"  |
| quam     | 4. Albīnus Lȳdiae Mēdō-que ali___ ōrnāmenta _____.                                         |
| tantus   | 5. Mēdus: "Ostende ali___ ōrnāmentum, Albīne! _____ gemma ad tam parvum ānulum nōn _____!" |

### ■ Lēctiō tertia et grammatica: 83-223

### Esercizio 9

*Caccia all'intruso. In ogni numero, una parola è, per un motivo o per un altro, diversa dalle altre: scopri l'intruso e sottolinealo.*

1. librīs - satis - mālīs - quibus
2. venī - abī - illī - dormī
3. ancillā - hāc - illā - pira
4. audiunt - aperiunt - pōnunt - dormiunt
5. ancilla - illa - puellā - lectica
6. rīdē - accipe - vidē - pārē
7. agit - sūmit - abit - ostendit

### Esercizio 10

*Cambia il numero delle parole dell'esercizio 9 (da singolare in plurale, o il contrario). Quali parole non si possono cambiar di numero? Attenzione: per una parola del numero 1 esistono ben tre possibilità!*

1. \_\_\_\_\_
2. \_\_\_\_\_
3. \_\_\_\_\_

4. \_\_\_\_\_
5. \_\_\_\_\_
6. \_\_\_\_\_
7. \_\_\_\_\_

### Esercizio 11

*Completa queste frasi, inserendovi le terminazioni, o le parole, mancanti: si tratta di diverse forme degl'interrogativi quis? quid? e quī? quae? quod?, del relativo (quī quae quod) e di is ea id.*

1. Qu\_\_\_\_\_ Tūsculō Rōmam it? Mēdus Tūsculō Rōmam it. Qu\_\_\_\_\_ servus est Mēdus? Improbus servus est. Mēdus, qu\_\_\_\_\_ Rōmam it, pecūniam dominī habet.
2. Ā qu\_\_\_\_\_ servō saccus cum mālīs portātur? Servus ā qu\_\_\_\_\_ saccus portātur est Syrus. Ab \_\_\_\_\_ servō saccus portātur.
3. \_\_\_\_\_ ancillīs dominus pira dat? Iūlius \_\_\_\_\_ ancillīs pira dat qu\_\_\_\_\_ māla quoque dat: \_\_\_\_\_ ancillae sunt Dēlia et Syra.
4. Fēmina \_\_\_\_\_ Mēdus amīcus est Rōmae habitat. \_\_\_\_\_ fēmina est Lȳdia. Mēdus \_\_\_\_\_ amīcus est.
5. Ā \_\_\_\_\_ servīs Aemilia salūtātur? Servi ā \_\_\_\_\_ domina salūtātur sunt Ursus et Dāvus. Ab \_\_\_\_\_ servīs Aemilia salūtātur.
6. Qu\_\_\_\_\_ ōrnāmentō collum Lȳdiae ōrnātur? Ōrnāmentum \_\_\_\_\_ collum eius ōrnātur est līnea margarītārum. \_\_\_\_\_ ōrnāmentō Lȳdia ōrnātur.

### Esercizio 12

*Completa queste frasi colle terminazioni mancanti delle forme dei dimostrativi hic e ille.*

1. Syra in h\_\_\_\_\_ cubiculum intrat, Dēlia in ill\_\_\_\_\_.
2. Albīnus: "H\_\_\_\_\_ ānulī pretium tantum est quantum pretium ill\_\_\_\_\_ ānulī."
3. Nōn in ill\_\_\_\_\_ cubiculīs, sed in h\_\_\_\_\_ cubiculīs servi dormiunt.
4. Iūlius h\_\_\_\_\_ servōrum et h\_\_\_\_\_ ancillārum dominus est.
5. Ill\_\_\_\_\_ autem ancillārum ill\_\_\_\_\_ -que servōrum dominus est Cornēlius.

### Esercizio 13

*Completa la seconda parte d'ogni numero inserendovi le terminazioni, o le parole, mancanti, in modo tale che, in ogni numero, le frasi abbiano pressappoco lo stesso significato.*

1. Hic vir pecūniōsus est. = Hic vir \_\_\_\_\_ habet.
2. Albīnus Lȳdiae et Mēdō ānulū cum gemmā ostendit. = Albīnus Lȳdiae et Mēdō ānulū \_\_\_\_\_ ostendit.
3. Pretium huius ānulī est centum sēstertiī. = Hic ānulus centum \_\_\_\_\_.
4. Albīnus Mēdō ānulū vēndit. = Mēdus \_\_\_\_\_ Albīn\_\_\_\_\_ ānulū \_\_\_\_\_.
5. Mēdus Lȳdiae ānulū dat. = Lȳdia \_\_\_\_\_ Mēd\_\_\_\_\_ ānulū \_\_\_\_\_.
6. Ab aliō tabernāriō fēminae rosās et līlia emunt. = Ali\_\_\_\_\_ tabernāri\_\_\_\_\_ fēmin\_\_\_\_\_ rosās et līlia \_\_\_\_\_.
7. Quot nummīs cōstat hic ānulus? = Qu\_\_\_\_\_ est \_\_\_\_\_ h\_\_\_\_\_ ānul\_\_\_\_\_?

*Traduci queste frasi (a); poi (b) di' il caso, il numero e il genere delle parole sottolineate.*

1. Mēdus ānulum nōnāgintā sēstertiīs emit.  
 a. \_\_\_\_\_  
 b. sēstertiīs: \_\_\_\_\_
2. Cuius est haec līnea cum margarītis?  
 a. \_\_\_\_\_  
 b. cuius: \_\_\_\_\_
3. Aemilia ā virō suō multa ōrnāmenta accipit.  
 a. \_\_\_\_\_  
 b. virō: \_\_\_\_\_
4. Saccī quī ā servīs portantur plēnī sunt pirōrum et mālōrum.  
 a. \_\_\_\_\_  
 b. servīs: \_\_\_\_\_; pirōrum, mālōrum: \_\_\_\_\_
5. Līnea margarītārum est pulchrum ōrnāmentum.  
 a. \_\_\_\_\_  
 b. margarītārum: \_\_\_\_\_
6. Lȳdia amicō suō ōsculum dat.  
 a. \_\_\_\_\_  
 b. amicō suō: \_\_\_\_\_
7. Fēminae gemmīs margarītis-que ōrnantur.  
 a. \_\_\_\_\_  
 b. gemmīs, margarītis: \_\_\_\_\_
8. Ānulus ad digitum quārtum nōn convenit.  
 a. \_\_\_\_\_  
 b. digitum quārtum: \_\_\_\_\_
9. Lȳdia ānulum pulchrum laeta accipit.  
 a. \_\_\_\_\_  
 b. laeta: \_\_\_\_\_
10. Ab Albīnō, tabernāriō Rōmānō, Mēdus ānulum emit.  
 a. \_\_\_\_\_  
 b. tabernāriō Rōmānō: \_\_\_\_\_
11. Hae gemmae nōn tantae sunt quantae illae.  
 a. \_\_\_\_\_  
 b. quantae: \_\_\_\_\_; illae: \_\_\_\_\_
12. Multī virī Tūscolō Rōmam eunt et Rōmae ōrnāmenta emunt.  
 a. \_\_\_\_\_  
 b. Tūscolō: \_\_\_\_\_; Rōmam: \_\_\_\_\_; Rōmae: \_\_\_\_\_
13. Mēdus et Lȳdia per ōstium in cubiculum intrant.  
 a. \_\_\_\_\_  
 b. ōstium: \_\_\_\_\_; cubiculum: \_\_\_\_\_
14. Mēdus nōn viā Latīnā ad villam Iūliī it, sed cum Lȳdiā Rōmae ambulat.  
 a. \_\_\_\_\_  
 b. viā Latīnā: \_\_\_\_\_; Lȳdiā: \_\_\_\_\_

## PASTOR ET OVES

## ■ Lēctiō prīma: 1-38

**Esercizio 1**

*Indica (con un numero romano: I, II, III) la declinazione a cui appartengono questi sostantivi.*

|                     |       |               |       |
|---------------------|-------|---------------|-------|
| pōculum, pōculī     | _____ | leō, leōnis   | _____ |
| porta, portae       | _____ | modus, modī   | _____ |
| laus, laudis        | _____ | liber, librī  | _____ |
| ager, agrī          | _____ | lēx, lēgis    | _____ |
| salūs, salūtis      | _____ | pugna, pugnae | _____ |
| respōnsum, respōnsī | _____ | rīvus, rīvī   | _____ |

**Esercizio 2**

*Fai l'analisi di questi sostantivi, indicandone il caso, il numero e il genere.*

|             | Caso  | Numero | Genere |         | Caso  | Numero | Genere |
|-------------|-------|--------|--------|---------|-------|--------|--------|
| canī        | _____ | _____  | _____  | montem  | _____ | _____  | _____  |
| colle       | _____ | _____  | _____  | canēs   | _____ | _____  | _____  |
| pāstōrī     | _____ | _____  | _____  | lupum   | _____ | _____  | _____  |
| colla       | _____ | _____  | _____  | collium | _____ | _____  | _____  |
|             | _____ | _____  | _____  | valle   | _____ | _____  | _____  |
| arborēs (!) | _____ | _____  | _____  | vīllis  | _____ | _____  | _____  |
|             | _____ | _____  | _____  |         | _____ | _____  | _____  |
| campī       | _____ | _____  | _____  | nūbēs   | _____ | _____  | _____  |
|             | _____ | _____  | _____  |         | _____ | _____  | _____  |
| canibus     | _____ | _____  | _____  |         | _____ | _____  | _____  |
|             | _____ | _____  | _____  | ovium   | _____ | _____  | _____  |
| pāne        | _____ | _____  | _____  | lupe    | _____ | _____  | _____  |

**Esercizio 3**

*Sottolinea l'aggettivo, o gli aggettivi, che sono (o possono essere) correttamente concordati col sostantivo della colonna di sinistra.*

|          |                                      |
|----------|--------------------------------------|
| arbore   | magnī, magnō, magnā, magne           |
| pāstōrum | bonum, bonōrum, bonōs, bonus         |
| collibus | parvōs, parvī, parvās, parvīs        |
| montis   | magnīs, magnō, magnī, magna          |
| canis    | meīs, meus, meī, meōrum              |
| ovem     | niger, nigrum, nigram, nigrārum      |
| vallis   | pulcher, pulchrīs, pulchra, pulchrae |
| sōlis    | magnīs, magna, magnus, magnī         |



*Completa queste frasi colle parole appropriate, prendendole dalla colonna di sinistra.*

canis  
cibus  
niger  
ovis  
pāstor  
sōl  
sub  
suprā  
umbra

1. \_\_\_\_\_ cum cane et centum ovibus in campō est.
2. Ūna \_\_\_\_\_ est nigra, cēterae sunt albae.
3. \_\_\_\_\_ quī cum pāstōre ovibus-que in campō est \_\_\_\_\_ est.
4. Canis \_\_\_\_\_ est pānis, quem ā pāstōre accipit.
5. \_\_\_\_\_ lūcet, sed \_\_\_\_\_ arbore est \_\_\_\_\_.
6. Ubi est sōl? Est \_\_\_\_\_ terram.

### Esercizio 5

*Completa queste frasi colle forme verbali appropriate, prendendole dalla colonna di sinistra.*

*Bada che i verbi sono elencati, a sinistra, nella sola forma della terza singolare, sicché vanno a volte modificati.*

abit (due volte)  
bibit  
dūcit (due volte)  
ēst (due volte)  
iacet (due volte)  
lūcet  
petit (due volte)

1. Suprā campum sōl \_\_\_\_\_.
2. Pāstor in umbrā arboris \_\_\_\_\_; multae ovēs quoque illic \_\_\_\_\_.
3. Canis pānem \_\_\_\_\_, ovēs autem herbam \_\_\_\_\_.
4. Ovis nigra ā cēterīs ovibus \_\_\_\_\_ et silvam \_\_\_\_\_.
5. Pāstor et canis quoque ab ovibus \_\_\_\_\_ et silvam \_\_\_\_\_.
6. Canis pāstōrem per silvam \_\_\_\_\_. Pāstor et canis ovēs per campōs \_\_\_\_\_.
7. Ovēs aquam ē rīvō \_\_\_\_\_.

### Esercizio 6

*Completa queste frasi, inserendovi le terminazioni mancanti.*

1. Pāstor bon\_\_\_ ab ovibus su\_\_\_ nōn discēdit.
2. Ovēs pāstōrem bon\_\_\_ amant.
3. Iūlius est dominus pāstōris bon\_\_\_.
4. Parv\_\_\_ ovēs ā pāstōre bon\_\_\_ nōn discēdunt.
5. Pāstōrēs bon\_\_\_ ab ovibus su\_\_\_ nōn discēdunt.
6. Iūlius mult\_\_\_ pāstōrēs habet et mult\_\_\_ ovēs.

### Esercizio 7

*Completa queste frasi, inserendovi le terminazioni mancanti.*

1. Coll\_\_\_ sunt mont\_\_\_ parv\_\_\_. Inter coll\_\_\_ vall\_\_\_ parv\_\_\_ sunt.
2. Pāstor ov\_\_\_ dūcit, pāstōr\_\_\_ dūcit canis.
3. Illic ov\_\_\_ fess\_\_\_ cum can\_\_\_ et pāstōr\_\_\_ in umbrā iacent.
4. Sub magn\_\_\_ arbor\_\_\_ sōl nōn lūcet.

5. Pāstor et ovēs in umbrā magn\_\_\_ arbor\_\_\_ dormiunt.
6. Magn\_\_\_ arbor pāstōr\_\_\_ fess\_\_\_ et ov\_\_\_ eius umbram dat.
7. In Italiā est magnus numerus pāstōr\_\_\_ et ov\_\_\_. = In Italiā mult\_\_\_ pāstōr\_\_\_ mult\_\_\_-que ov\_\_\_ sunt.

### Esercizio 8

*Cambia la diàtesi di queste frasi: ossia trasforma le frasi attive in passive e quelle passive in attive.*

1. Mēdus multōs pāstōrēs in campīs videt.  
= \_\_\_\_\_
2. Canis pāstōrem in silvā dūcit.  
= \_\_\_\_\_
3. Ovēs ā pāstōre amantur.  
= \_\_\_\_\_
4. Pāstor lupōs nōn videt.  
= \_\_\_\_\_
5. Canis ab ovibus nōn timētur.  
= \_\_\_\_\_
6. Ūndēcentum ovēs ā pāstōre numerantur.  
= \_\_\_\_\_
7. Iūlius pāstōrēs salūtat.  
= \_\_\_\_\_
8. Canis ovem nigram quaerit.  
= \_\_\_\_\_
9. Pāstor ovēs albās et ovem nigram ad arborem dūcit.  
= \_\_\_\_\_

### ■ Lēctiō secunda: 39-86

### Esercizio 9

*Completa queste frasi, inserendovi le terminazioni mancanti.*

1. Parv\_\_\_ ov\_\_\_ sine timōr\_\_\_ inter arbor\_\_\_ errat. Pāstor ov\_\_\_ vocat, neque ov\_\_\_ pāstōr\_\_\_ audit.
2. Pāstor est dominus mult\_\_\_ ov\_\_\_: est dominus ov\_\_\_ nigr\_\_\_, qu\_\_\_ ante cēter\_\_\_ amat, et ūndēcentum ov\_\_\_ alb\_\_\_.
3. Ab ov\_\_\_ canis pāstōr\_\_\_ nōn timētur; can\_\_\_ ā lup\_\_\_, quī per magnam silv\_\_\_ errat, timētur, nam canis lup\_\_\_ sine timōr\_\_\_ dent\_\_\_ petit.
4. Sōl lūcet; nūll\_\_\_ nūb\_\_\_ ante sōl\_\_\_ sunt. Sub illis arbor\_\_\_ tantum umbra est.
5. Pāstor et canis vestigia ov\_\_\_ in silvā quaer\_\_\_, ea-que reperi\_\_\_.
6. Dum pāstor et canis eius accurr\_\_\_, lupus ov\_\_\_ relinquit\_\_\_ et montēs pet\_\_\_.
7. Pauc\_\_\_ ov\_\_\_ procul ā cēter\_\_\_ ov\_\_\_ absunt; neque pāstōr\_\_\_ relinquit\_\_\_, quia ab eō ama\_\_\_ et ab eō cibum accip\_\_\_.
8. Ovēs ā pāstōr\_\_\_ numera\_\_\_: numerus e\_\_\_ centum nōn est!

*Completa queste frasi colle parole appropriate, prendendole dalla colonna di sinistra.*

abit  
accurrit  
bālat  
clāmor  
dum  
errat  
ipse  
lātrat  
reperit  
timor  
ululat

1. \_\_\_\_\_ pāstor dormit, ovis nigra ā cēterīs ovibus \_\_\_\_\_.
2. Canis ovem quaerit, neque eam \_\_\_\_\_.
3. Ecce vestīgium ovis: ovis \_\_\_\_\_ nōn procul abest.
4. Pāstor clāmat; \_\_\_\_\_ eius ā cane audiuntur.
5. Parva ovis sine \_\_\_\_\_ inter arborēs \_\_\_\_\_.
6. Ecce canis \_\_\_\_\_ et lupum petit.
7. Canis \_\_\_\_\_, lupus \_\_\_\_\_, ovis \_\_\_\_\_.

### **Esercizio 11**

*Sinònimi. Trasforma queste frasi in altre di senso pressappoco uguale, sostituendo abit ab... con relinquit, adit ad... con petit, o il contrario (o le rispettive terze plurali).*

*Esempio: Pāstor ab ovibus albīs abit et silvam petit.*

*= Pāstor ovēs albās relinquit et ad silvam adit.*

1. Iūlia Aemiliam et puerōs relinquit.

= \_\_\_\_\_

2. Lupus ovem parvam petit.

= \_\_\_\_\_

3. Lupī ad montēs adeunt.

= \_\_\_\_\_

4. Canis ā pāstōre ovibus-que nōn abit.

= \_\_\_\_\_

5. Ovis nigra ad silvam adit.

= \_\_\_\_\_

## BESTIAE ET HOMINES

## ■ Lēctiō prīma: 1-34

## Esercizio 1

Completa queste frasi colle parole appropriate, prendendole dalla colonna di sinistra. Tutti i sostantivi, tranne āēr, ricorrono due volte: una volta nel singolare e una nel plurale.

āēr  
āla  
aquila  
avis  
bēstia  
cum  
deus  
fera  
homō  
mercātor  
pēs  
piscis  
quod

1. Asinus est \_\_\_\_\_, Albīnus est \_\_\_\_\_. Equī et asinī sunt \_\_\_\_\_, nōn \_\_\_\_\_.
2. Leō est \_\_\_\_\_ (= bēstia fera); lupī et aquilae quoque sunt \_\_\_\_\_.
3. \_\_\_\_\_ est bēstia quae volat; \_\_\_\_\_ est bēstia quae natat. In āere volant \_\_\_\_\_; in aquā natant \_\_\_\_\_.
4. Mercurius nōn homō, sed \_\_\_\_\_ Rōmānus est; Rōmānī multōs \_\_\_\_\_ habent.
5. Cum homō ambulat, nōn ūnus \_\_\_\_\_, sed duo \_\_\_\_\_ moventur.
6. Nōn ūna \_\_\_\_\_, sed duae \_\_\_\_\_ moventur, \_\_\_\_\_ aquila volat.
7. \_\_\_\_\_ est magna avis fera. \_\_\_\_\_ ā pāstōribus timentur ut lupī leōnēs-que.
8. Quī emit et vēndit, \_\_\_\_\_ est. In viīs Rōmae sunt multī \_\_\_\_\_, \_\_\_\_\_ multī hominēs illīc ambulant.
9. \_\_\_\_\_ per fenestram in cubiculum puerōrum intrat.

## Esercizio 2

Caccia all'intruso. In ogni numero, una parola è, per un motivo o per un altro, diversa dalle altre: scopri l'intruso e sottolinealo.

1. baculō - petasō - dominō - homō
2. imperium - ovium - vestīgium - pretium
3. avis - pānis - nūntiīs - pedis
4. canī - leōnī - ānulī - pedī
5. facit - adit - capit - aspicit
6. sunt - ēst - es - esse
7. pōne - discēde - pāne - curre

## Esercizio 3

Completa queste frasi, inserendovi le terminazioni verbali mancanti.

1. Piscis quī nat\_\_\_\_\_ caudam mov\_\_\_\_\_.
2. Cum aquilae suprā ovēs vol\_\_\_\_\_, ālae eārum mov\_\_\_\_\_.

- 3. Nūllus homō vol\_\_\_ potest.
- 4. Quī ambulat vestīgia in terrā fac\_\_\_. Asinī quī currunt multa vestīgia fac\_\_\_.
- 5. Iūlia nat\_\_\_ nōn potest, quod nimis parva est. Mārcus Quīntus-que in rīvō post vīllam nat\_\_\_: iī iam nat\_\_\_ po\_\_\_.

Esercizio 4

Completa le domande, inserendovi le parole, o le particelle, interrogative appropriate.

- 1. \_\_\_\_\_ bēstiae ferae edunt? Aliās bēstiās.
- 2. \_\_\_\_\_ ovis aliās bēstiās ēst? Nōn eās ēst!
- 3. \_\_\_\_\_ leōnēs ab hominibus timentur? Quod sunt ferae.
- 4. \_\_\_\_\_ bēstiae in aquā natant? Piscēs.
- 5. \_\_\_\_\_ pedēs equus habet? Quattuor.
- 6. Possunt \_\_\_\_\_ hominēs natāre? Aliī natāre possunt, aliī nōn possunt.
- 7. \_\_\_\_\_ est Mercurius? Est deus Rōmānus.
- 8. \_\_\_\_\_ deus est Mercurius? Est deus mercātōrum.

■ Lēctiō secunda: 35-73

Esercizio 5

Completa queste frasi colle parole appropriate, prendendole dalla colonna di sinistra.

anima  
animal (due volte)  
flūmen (due volte)  
mortuus  
necesse  
nēmō  
nīdus (due volte)  
ōvum (due volte)  
pullus (due volte)

1. Tiberis est \_\_\_\_\_ parvum; Rhēnus et Dānuvius \_\_\_\_\_ magna sunt.

2. Quī animam dūcit, \_\_\_\_\_ est. Nōn solum bēstiae, sed etiam hominēs sunt \_\_\_\_\_.

3. Spīrāre animālibus \_\_\_\_\_ est. Quī nōn spīrat, \_\_\_\_\_ est.

4. Āēr quī in pulmōnēs dūcitur \_\_\_\_\_ est. \_\_\_\_\_ sine animā vīvere potest.

5. In hāc arbore est parvus \_\_\_\_\_, in quō tantum ūnum \_\_\_\_\_ inest, sed nūllus \_\_\_\_\_.

6. In silvā autem sunt multī \_\_\_\_\_, in quibus aut \_\_\_\_\_ aut \_\_\_\_\_ īnsunt.

Esercizio 6

Fai l'analisi di queste voci verbali nel modo indicato; nelle ultime due caselle scrivi poi gl'infiniti rispettivamente attivo e (se non c'è '-') passivo.

|         | Modo   | Pers. e num.    | Coniug. | Inf. attivo | Inf. passivo |
|---------|--------|-----------------|---------|-------------|--------------|
| cantat  | indic. | III pers. sing. | I       | cantāre     | cantārī      |
| venī    |        |                 |         |             | —            |
| pulsant |        |                 |         |             |              |
| videt   |        |                 |         |             |              |
| sūmunt  |        |                 |         |             |              |

|            |  |  |  |  |
|------------|--|--|--|--|
| audiunt    |  |  |  |  |
| vocā       |  |  |  |  |
| agit       |  |  |  |  |
| respondēte |  |  |  |  |
| vehit      |  |  |  |  |
| capit      |  |  |  |  |
| claudite   |  |  |  |  |
| tergē      |  |  |  |  |
| aperit     |  |  |  |  |
| movēte     |  |  |  |  |
| parit      |  |  |  |  |

**Esercizio 7**

*Completa queste forme verbali, inserendovi le terminazioni mancanti.*

1. Piscēs nōn in terrā, sed in aquā vīv \_\_\_\_, nam sub aquā piscēs spīr \_\_\_\_ po \_\_\_\_.
2. Homō autem in terrā vīv \_\_\_\_, neque sub aquā animam dūc \_\_\_\_ po \_\_\_\_.
3. Ovēs nōn ōva, sed pullōs vīvōs par \_\_\_\_, sed piscis multa ōva par \_\_\_\_ ut avis.
4. Quī ōrnāmenta vēnd \_\_\_\_, magnam pecūniam fac \_\_\_\_ po \_\_\_\_.
5. Ōstium ā cane neque aper \_\_\_\_ neque claud \_\_\_\_ po \_\_\_\_, sed puerī id aper \_\_\_\_ et claud \_\_\_\_ po \_\_\_\_.

**Esercizio 8**

*Cambia di numero questi sostantivi, lasciando invariato il caso (a volte c'è più d'una possibilità).*

|          |       |       |       |             |       |       |
|----------|-------|-------|-------|-------------|-------|-------|
| villae   | _____ | _____ | _____ | nūbis       | _____ | _____ |
| digitī   | _____ | _____ | _____ | librī       | _____ | _____ |
| pulmō    | _____ | _____ | _____ | dentibus    | _____ | _____ |
| ānulī    | _____ | _____ | _____ | mare        | _____ | _____ |
| ovis     | _____ | _____ | _____ | collī (= ?) | _____ | _____ |
| montis   | _____ | _____ | _____ | homō        | _____ | _____ |
| animālis | _____ | _____ | _____ | speculī     | _____ | _____ |

■ Lēctiō tertiā: 74-131

**Esercizio 9**

*Completa queste frasi colle parole appropriate, prendendole dalla colonna di sinistra.*

|           |                                                            |
|-----------|------------------------------------------------------------|
| ascendere | 1. Iūlia canit; _____ eius pulchra est. Multī puerī quoque |
| cadere    | _____ pulchrās habent.                                     |
| crassus   | 2. Quīntus in arborem _____, sed puer nimis _____ est;     |
| enim      | _____ ad terram cadit!                                     |

ergō  
lectus (due volte)  
vōx (due volte)

3. Mārcus Quīntum ad terram \_\_\_\_\_ videt.  
4. \_\_\_\_\_ Quīntī vacuus nōn est: puer \_\_\_\_\_ in eō iacet.  
5. In cubiculō puerōrum sunt duo \_\_\_\_\_.

Esercizio 10

Fai l'analisi di questi sostantivi, indicandone il caso (nom., acc., gen., dat., abl.), il numero (sing., plur.) e il genere (masch., femm., n.). Naturalmente, ci possono essere più possibilità.

|           |       |          |       |
|-----------|-------|----------|-------|
| animālī   | _____ | mare     | _____ |
| animālium | _____ | marī     | _____ |
| animālis  | _____ | maria    | _____ |
| arboris   | _____ | montī    | _____ |
| avis      | _____ | ove      | _____ |
| canēs     | _____ | ovī      | _____ |
| canis     | _____ | pāne     | _____ |
| dentem    | _____ | pāstōrēs | _____ |
| flūmen    | _____ | pāstōrum | _____ |
| flūmina   | _____ | vallēs   | _____ |

Esercizio 11

Completa queste forme verbali, inserendovi le terminazioni mancanti.

1. Quis in hanc arborem ascend\_\_\_\_ aud\_\_\_\_ aut v\_\_\_\_?  
2. Quīntus in eam ascend\_\_\_\_: is enim perterritus nōn est.  
3. Nīdī ab avibus sub foliīs occult\_\_\_\_, quod aquilae ōva aut pullōs cap\_\_\_\_ vol\_\_\_\_.  
4. Rāmus tenuis Quīntum, puerum crassum, sustin\_\_\_\_ nōn potest. Rāmī tantum nīdōs avium sustin\_\_\_\_, nōn puerōs crassōs.  
5. Pater filium vīvum es\_\_\_\_ videt.

Esercizio 12

Fai l'analisi delle parole sottolineate, specificandone il caso, il numero e il genere.

1. Pilā lūdere puerī volunt.  
pilā: \_\_\_\_\_; puerī: \_\_\_\_\_  
2. Nēmō piscēs numerāre potest.  
piscēs: \_\_\_\_\_  
3. Pāstor ovem nigram bālāre audit.  
ovem nigram: \_\_\_\_\_  
4. Mārcus pullōs mortuōs esse videt.  
mortuōs: \_\_\_\_\_  
5. Perterritus ad vīllam currit et magnā vōce clāmat: “Pater, venī!”  
perterritus: \_\_\_\_\_; magnā vōce: \_\_\_\_\_  
6. Dēlia Quīntum ā mātre sustinērī videt.  
Quīntum: \_\_\_\_\_; mātre: \_\_\_\_\_

## CORPVS HVMANVM

## ■ Lēctiō prīma: 1-41

**Esercizio 1**

*Fai l'analisi di questi sostantivi, specificandone il caso, il numero e il genere.*

|          |       |       |            |       |       |
|----------|-------|-------|------------|-------|-------|
| pōcula   | _____ | _____ | corporibus | _____ | _____ |
| ventrem  | _____ | _____ | sanguinem  | _____ | _____ |
| crūs     | _____ | _____ | capite     | _____ | _____ |
| capillus | _____ | _____ | colōrī     | _____ | _____ |
| ōra      | _____ | _____ | medice     | _____ | _____ |
| manus    | _____ | _____ | pectorī    | _____ | _____ |

**Esercizio 2**

*Unisci questi sostantivi e aggettivi, mettendoli nel caso e numero indicati.*

1. corpus, hūmānus: abl. sing. \_\_\_\_\_
2. lingua, ruber: gen. sing. \_\_\_\_\_
3. membrum, sānus: dat. plur. \_\_\_\_\_
4. dēns, albus: acc. plur. \_\_\_\_\_
5. auris, aeger: nom. sing. \_\_\_\_\_

**Esercizio 3**

*Completa queste frasi colle parole appropriate, prendendole dalla colonna di sinistra.*

|         |                                                                          |
|---------|--------------------------------------------------------------------------|
| bene    | 1. In ōre, quod inter _____ est, dentēs et _____ īnsunt.                 |
| cor     | 2. Nōn _____ lingua, sed etiam labra sunt _____ ut rosae.                |
| iecur   | 3. Quī aurēs bonās habet _____ audit. Quī aurēs malās habet _____ audit. |
| labrum  | 4. Sub collō est _____, in quō _____ et pulmōnēs sunt.                   |
| lingua  | 5. Īnfra pulmōnēs sunt alia _____: _____, in quō cibus est, et _____.    |
| male    |                                                                          |
| modo    |                                                                          |
| pectus  |                                                                          |
| ruber   |                                                                          |
| venter  |                                                                          |
| viscera |                                                                          |

## ■ Lēctiō secunda: 42-91

**Esercizio 4**

*Completa queste frasi, inserendoci le terminazioni mancanti.*

1. Medicus puer \_\_\_\_\_ linguam rubram hab \_\_\_\_\_ videt.
2. Quīntus medicō dīcit 'ped \_\_\_\_\_ et caput dol \_\_\_\_\_.'



- 3. Aemilia Quīnt\_\_\_ ā Iūli\_\_\_ port\_\_\_ videt.
- 4. Aemilia Quīnt\_\_\_ oculōs claud\_\_\_ iubet.
- 5. Medicus: “Dorm\_\_\_ Quīntō necesse est.”
- 6. Medicus e\_\_\_ spīr\_\_\_ audit.
- 7. Syra Mārcum puls\_\_\_ nōn aud\_\_\_ (= timet).
- 8. Pāstor ‘ūndēcentum ov\_\_\_ alb\_\_\_ es\_\_\_’ dīcit.

Esercizio 5

*Traduci le frasi dell’esercizio 4.*

- 1. \_\_\_\_\_
- 2. \_\_\_\_\_
- 3. \_\_\_\_\_
- 4. \_\_\_\_\_
- 5. \_\_\_\_\_
- 6. \_\_\_\_\_
- 7. \_\_\_\_\_
- 8. \_\_\_\_\_

Esercizio 6

*Completa queste frasi, inserendovi le terminazioni mancanti.*

- 1. Puer plōr\_\_\_ . Iūlius puer\_\_\_ plōr\_\_\_ audit.
- 2. Medicus: “Dēn\_\_\_ Quīntī aeg\_\_\_ est.” Medicus ‘den\_\_\_ puerī aeg\_\_\_ es\_\_\_’ dīcit.
- 3. Servī clām\_\_\_ et rīd\_\_\_ . Aemilia serv\_\_\_ clām\_\_\_ et rīd\_\_\_ audit.
- 4. Medic\_\_\_ ā servō arcess\_\_\_ . Iūlius medic\_\_\_ ā servō arcess\_\_\_ iubet.
- 5. Iūlius: “Curr\_\_\_, serve!” Dominus serv\_\_\_ curr\_\_\_ iubet.
- 6. Ped\_\_\_ Quīntī aeg\_\_\_ sunt. Medicus ped\_\_\_ puerī aeg\_\_\_ es\_\_\_ videt.
- 7. Oculī ā Quīntō aper\_\_\_ . Iūlius ocul\_\_\_ ā Quīntō aper\_\_\_ videt.

■ Lēctiō tertiā et grammatica: 92-179

Esercizio 7

*Completa queste frasi, inserendovi le terminazioni mancanti.*

- 1. Puer perterrit\_\_\_ in vill\_\_\_ curr\_\_\_ et Iūli\_\_\_ dīc\_\_\_: “Ven\_\_\_, pater! Quīntus est mortu\_\_\_!”
- 2. Iūlius Syr\_\_\_ serv\_\_\_ Tūscul\_\_\_ ī\_\_\_ et medic\_\_\_ arcess\_\_\_ iubet.
- 3. Medicus venit, et vēn\_\_\_ puerī cult\_\_\_ aper\_\_\_.
- 4. Medicus stultus est: is puer\_\_\_ aeg\_\_\_ sān\_\_\_ nōn po\_\_\_!

## Esercizio 8

Unisci le due espressioni in una frase sola.

Esempio: Aemilia venit. Iūlius videt... > Iūlius Aemiliam venīre videt.

1. Servus abit. Iūlius iubet...  
\_\_\_\_\_
2. Quīntus mortuus est. Syra putat...  
\_\_\_\_\_
3. Quīntus spīrat. Medicus audit...  
\_\_\_\_\_
4. Medicus adest. Iūlius videt...  
\_\_\_\_\_
5. Sanguis fluit. Quīntus sentit...  
\_\_\_\_\_
6. Vēna ā medicō aperītur. Syra videt...  
\_\_\_\_\_
7. Inter dentēs albōs ūnus dēns niger est. Medicus dīcit...  
\_\_\_\_\_
8. Quīntus ōs aperit. Medicus iubet...  
\_\_\_\_\_
9. Medicus stultus est. Aemilia putat...  
\_\_\_\_\_
10. Quīntus pede aegrōtat. Medicus videt...  
\_\_\_\_\_

## Esercizio 9

Sostituisci quod + l'indicativo con una proposizione infinitiva (accusativo coll'infinito), o il contrario.

1. Mārcus gaudet quod Quīntus mortuus nōn est.  
\_\_\_\_\_
2. Quīntus medicum venīre nōn gaudet.  
\_\_\_\_\_
3. Aemilia gaudet quod filius dormit.  
\_\_\_\_\_
4. Puerī gaudent quod sōl lūcet neque nūbēs in caelō videntur.  
\_\_\_\_\_
5. Lȳdia ānulum ā Mēdō emī gaudet.  
\_\_\_\_\_

## Esercizio 10

Traduci queste frasi (a), poi (b) fai l'analisi delle parole sottolineate, indicandone caso, numero e genere.

1. Quīntus aeger in lectō iacet.

a. \_\_\_\_\_  
b. aeger: \_\_\_\_\_

2. Syra eī pōculum aquae dat. Puer pōculum aquae plēnum bibit.
- a. \_\_\_\_\_
- b. eī: \_\_\_\_\_; aquae: \_\_\_\_\_
3. Servus equō Tūsculum it medicum-que arcessit.
- a. \_\_\_\_\_
- b. equō: \_\_\_\_\_; Tūsculum: \_\_\_\_\_;
- medicum: \_\_\_\_\_
4. Medicus cum servō revenit et puerum aegrum esse videt.
- a. \_\_\_\_\_
- b. servō: \_\_\_\_\_; aegrum: \_\_\_\_\_
5. Medicus cultrum ad bracchium puerī appōnit.
- a. \_\_\_\_\_
- b. bracchium: \_\_\_\_\_
6. Medicus, quī stultus est, puerum sānum facere nōn potest.
- a. \_\_\_\_\_
- b. quī: \_\_\_\_\_; stultus: \_\_\_\_\_; puerum: \_\_\_\_\_;
- sānum: \_\_\_\_\_
7. Syra perterrita vēnam ā medicō aperīrī videt. Iam Quīntus bracchiō quoque aegrōtat!
- a. \_\_\_\_\_
- b. perterrita: \_\_\_\_\_; medicō: \_\_\_\_\_;
- bracchiō: \_\_\_\_\_
8. Māter sanguinem dē bracchiō dēterget.
- a. \_\_\_\_\_
- b. bracchiō: \_\_\_\_\_

## MILES ROMANVS

## ■ Lēctiō prīma: 1-35

## Esercizio 1

*Completa queste frasi, inserendovi le terminazioni mancanti.*

1. Syra nās \_\_\_ foed \_\_\_ habet. = Syr \_\_\_ nās \_\_\_ foed \_\_\_ est.
2. Aemilia ūn \_\_\_ frāt \_\_\_ habet. = Aemili \_\_\_ ūn \_\_\_ frāt \_\_\_ est.
3. Iūlius mult \_\_\_ serv \_\_\_ habet. = Iūli \_\_\_ mult \_\_\_ serv \_\_\_ sunt.
4. Pāstor ūn \_\_\_ can \_\_\_ et centum ov \_\_\_ habet.  
= Pāstōr \_\_\_ ūn \_\_\_ can \_\_\_ et centum ov \_\_\_ sunt.
5. Avēs pulch \_\_\_ āl \_\_\_ habent. = Av \_\_\_ pulch \_\_\_ āl \_\_\_ sunt.

## Esercizio 2

*Sostituisci a esse col dativo di possesso habēre coll'accusativo, o il contrario.*

1. Iūliae duo frātrēs sunt.  
\_\_\_\_\_
2. Iūlius et Aemilia duōs filiōs et ūnam filiam habent.  
\_\_\_\_\_
3. Aemiliae liberī ūnum avunculum habent.  
\_\_\_\_\_
4. Quot nōmina habet vir Rōmānus?  
\_\_\_\_\_
5. Quot frātrēs Aemilia habet?  
\_\_\_\_\_
6. Ūnum frātre[m] habet.  
\_\_\_\_\_
7. Aemilius, mīles Rōmānus, scūtum et gladium habet.  
\_\_\_\_\_

## ■ Lēctiō secunda: 36-91

## Esercizio 3

*Sottolinea l'aggettivo, o gli aggettivi, che sono (o possono essere) correttamente concordati col sostantivo della colonna di sinistra.*

|                   |                                                      |
|-------------------|------------------------------------------------------|
| hastā             | longa - longiōra - longior - longiōre - longiōrī     |
| sagittīs          | brevis - longīs - brevibus - longiōribus - longiōris |
| scūtum            | levium - leviōrum - levius - leve - levem            |
| exercitūi         | Rōmānō - Rōmānī - Rōmāna - Rōmānis - Rōmānae         |
| pīla <sup>2</sup> | longiōra - longiōre - longior - longiōrēs - longa    |

<sup>2</sup> Attenzione (e non solo qui!) alla *quantità*, breve o lunga, delle vocali: che differenza c'è tra *pīla*, *pila*, *pilā*?

|        |         |                                                             |
|--------|---------|-------------------------------------------------------------|
| ► 52 ◀ | rāmī    | tenuis - tenuiōris - tenuiōrēs - tenuiōrī - tenuiōre        |
|        | fēminae | trīstiōrēs - trīstiōris - trīstī - trīstēs - trīstiōrī      |
|        | manuum  | pulchrōrum - pulchriōrum - pulchram - pulchris - pulchrārum |
|        | gladiō  | leviōrī - leviōre - levior - levī - leve                    |

#### Esercizio 4

Aggiungi le terminazioni appropriate, in modo da far concordare, nel grado di comparazione richiesto (positivo o comparativo), l'aggettivo col sostantivo.

|          | POSITIVO    | COMPARATIVO |
|----------|-------------|-------------|
| pīlum    | lev _____   | lev _____   |
| hastārum | long _____  | long _____  |
| arma     | grav _____  | grav _____  |
